ceste, sancimus, sub æqualitate per omnia ponentes eum, qui non dimittit intra prædictum a nobis tempus incestam conjugem, cum eo, qui post hanc nostram legem incestas & odibiles quasdam nuptias elegerit.

CAP. IV.

De naturalibus liberis ante [1] *dotalia instrumenta natis.*

DUbitatum [2] itaque etiam in quibusdam gentibus aliquid de legitimis filiis ex nostra constitutione factis, existimavimus recte se habere nos tanquam legis patres & adjicere ei, & solvere dubitationem. Etenim cum tali intellectu ab initio legem posuimus: nam & si legitimorum quisquam sit pater & abeunte [3] ejus uxore ex hominibus, aut etiam legitime transigente, habuerit quandam consuetudinem ad aliam mulierem, quam licebat etiam legitime ducere uxorem, & fuerint ei filii, aut ante dotalia documenta, si tamen ea fecit, aut etiam postea vel etiam soli maneant ante dotalia filii, secundis autem non procreatis, aut etiam postquam nati sunt, morientibus: existimaverunt quidam non posse secundos esse legitimos: quoniam præexistant ex priori conjuge alii legitimi & proprii filii, quod nullam rectam & consequentem habet consonantiam. Si enim hujusmodi filios nos legitimos & proprios demonstravimus, dotalium [4] documentorum contenti confectione: legitimi vero etiam primi constituti sunt, in omnibus; legitimus etiam pater moritur, & iis qui ex prima fuerunt, & qui de secunda, licet ante dotalia documenta procreati sunt, & nullus post eos post documentum dotis natus est, aut etiam natus & mortuus; & lucentium lex ei præstat, quo vult testari modo, in suam sobolem, ut tamen non offendat in aliquo leges, quæ mensura certa succedentionis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab intestato & ex testamento (sicut & pater & lex permittit) proprii existentes atque legitimi: alterutrisque succedent. Quid enim aliud decernimus, cum sufficiat legitima & suorum appellatio sub potestate eos ostendere, & dare etiam contra testamentum, quæ leges præbent, & omnia habere quæcunque hujusmodi appellationem decent?

EPILOGUS.

† Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc legem declarata sunt, agnoscens, operi effectuique tradere festinet, præcepto utens apud gentium præsides, ut & qui foris sunt homines, agnoscant, quia sobolis innoxiæ & puræ curam habuerimus, & alienigenas atque nostris odibiles [5] legibus averſamur copulationes. Dat. 6. Id. Octob. *Constantinop.* BELISARIO V. C. C. indictione 14. 535.

TIT. VIII.
DE PRÆTORIBUS POPULI [6].
NOVELLA CONSTIT. XIII.

Idem A. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

CLarissimorum *vigiliæ judicum* nomen honestum & antiquis Romanis cognitum, nescimus, quemadmodum in aliam translatum est appellationem & ordinem. Patriæ enim nostræ vox *Præfectos* eos *Vigilum* appellavit, vigilantibus & nihil imperscrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens. Vox enim Græcorum nescimus, unde *præfectos* eos appellavit *nocturnos*, tanquam necessarium esset, Sole quidem (verisimiliter) decumbente exurgere cingulum, quiescere autem debilitato. Quid enim erat, propter quod *nocturnos* addidit nomen? Si enim quodammodo hac sola dignitate, quæ in noctibus sunt non recte gesta curam habente & circumlustrante civitatem, hanc habuit appellationem, sed hoc ipsum & civitatis cingulum videmus agentem, quatenus nihil interesset quod prohiberet super appellatione ista, etiam dignitatem illam hoc nomine vocitari. Si enim dividi dignitates possunt, & gloriosum quidem præfectum felicissimæ hujus civitatis esse diurnum judicem, alios autem noctis, vehementer competentium aberraverint, rectitudinem nominum nescimus quemadmodum corrumpentes. Hanc igitur appellationem istam nebulosam existentem & obscuram & *noctis* [7] prænomen, fortassis refugiunt omnes, & pœnam esse hanc administrationem existimant, & neque imperialium dignam codicillorum esse putant.

CAP. I.

NOs igitur rem quomodo oportet aspicientes, æstimavimus oportere dignitatem hanc a principio incipientem ab appellatione, in totum erigere & ornare & *Nyctleparchum* nullatenus de cætero vocari. Curam enim habebunt eorum quæ in diem & in noctem, præter quod competens est agnitur. § 1. Igitur quoniam antiquis Romanis vehementer *Prætoris* placuit nomen, propterea existimavimus eos *Prætores plebeios* oportere nominare, qui ad custodiam & disciplinam constituti sunt, & plebeiam possunt compescere seditionem, & sicut cæteri prætores sunt in curia Senatus, libertatum & tutorum & talium prælides: ita sint & isti prætores super [8] populorum rectitudine, & nostra quidem voce *plebis Prætores* appellentur, Græca vero ista & communi [lingua] *Prætores populorum* [9]. *Prætoris* enim qualiter est honestum nomen, qualiter non [10] longe constitutum a consulatu, qualiter [11] vicinum legi affictum, manifestant leges, consulatui conjungentes prætores, secundum eis cum [12] lege dantes ordinem. Et quemadmodum antiquitus consules fuerunt, qui magnæ [13] præerant curiæ, principes autem plebis qui plebem gubernabant, ita & nunc sunt prætores quidem Senatus, qui ea quæ quidem a nobis dicta sunt, agunt: *principes* [14] vero *populorum* hi, qui quietem eorum defendunt, & quod eis expedit, providenter. §. 2. Revera enim dignitatem hanc olim honestam constitutam & in seniore Roma in usu frequentatam splendide, in temporibus non solum quæ Imperatores habuerunt, sed & adhuc longius, & magna civitas hanc suscipiens dignitatem, non despectam habuit. Neque enim veteribus temporibus didicimus aliquas magnas dignitates administratas, quæ circa imperium sunt, & post hæc non dignari de hac re sollicitudinem fieri, paulatim [vero] ita res abjecta visa est & nullius rei digna, ut neque ex codicillis nostris [fieret,] jaceret autem sub gloriosissimis præfectis felicissimæ hujus civitatis, & multa ex ordine eorum ista suscipieret dignitas & administraret eam pessime. Etenim si quis inspiciat antiquitatis ejus cingulum, vehementer eam qualis pridem erat, & de his, quæ nunc sunt, docebitur, cognoscet enim eam & *forum* [15] *proprium & officium commentariensis habentem, & alia omnia quæ pene civitatis cingulo a legibus deputata sunt.*

CAP. II.

QUia igitur nos omnia perscrutantes, quæ facta sunt pridem, festinamus in meliorem ordinem & antiquam honestatem & hujus rei reducere ornamentum, ut non furta ab iis fiant frequentia, & focietates cum furibus, & judicia negligi & sperni, & nullius dignæ procedant rationis, propterea existimavimus, quæ circa ea sunt, definire. Scimus enim, quoniam si propter pecuniarias lites, in quibus non magnum est periculum, nisi in pecuniis solis, attamen dignitates eas judicant magnæ, & multotiens etiam conjudices [16] dantur, & innumerabiles nobis solicitudines sunt, ut non causæ sine judicio procedant: quomodo [17] non competens est de judicibus, quibus super [18] animabus judicandum est periculum, omnem ponere providentiam, qualiter alicujus digni efficiantur rationis, ne quando animam perdant hominis nati quidem semel, recipere [19] autem eam dum perdiderit, non valentis?

CAP. III.

PRimum quidem [igitur] sancimus neminem omnino in prædicta dignitate adesse, priusquam a nobis codicillos administrationis acciat, & nulla ratione præfumere citra [20] Imperiales codicillos ad curam istam accedere, sed expectare imperium, & exinde conscriptum judicium. Nos enim nulli prædictam dignitatem trademus, nisi magnificis, illustribus aut spectabilibus comitibus consistorianis, aut clarissimis Tribunis prætorianis & notariis, qui hanc suscipiant dignitatem, aut aliis administrationes agentibus, & apparentibus [21] nobis aptis, & nostro dignis testimonio, quatenus eos prædictam habentes honestatem & honorem defendere [22], præfertim pro [23] justitia, propter quod pro [24] animabus est intensio, & multis homicidii confueverunt litibus habitare, & de adulteriis, & invalionibus, & rapinis, & si quid tale est.

§. 1. Oportet [25] ergo talibus criminibus præsidentem, virum esse undique honestum, & irreprehensibilem, & hujusmodi auditorii dignum, & omnis abstinentem furti seu munerum acceptionis, & puras habere manus. Habere autem, & consiliarium probatum unum, etenim neque citra usum consolationis eos relinquemus, sed unicuique eorum tot solidos occasione annonarum annis singulis dabimus, quatenus hi sufficientes his, nulli adquiescant furto aut venalitati [26]. §. 2. Sed neque per dationem fieri omnino, quemadmodum in quibusdam fiebat temporibus, neque *πρόσοδοι* [27] aurum ulli. In [28] æquali enim crimine efficitur, & qui dat alicui occasione dignitatis, quod si factum fuerit, adquiescens, ut secundum dandum ab eo jusjurandum manifestatur.

CAP. IV.

DIdicimus autem eis ad obsequium esse officia maligna: dicimus autem latronum cognitores [29] & veneficiarios [30] & cingulorum [31] inciſores & aliam multitudinem, quorum unumquemque competens est, castigare magis, quam taliter vivere. Neque enim latronum cognitor talis est, quomodo, in bonum quid agere, sed in hoc tantummodo cognoscunt fures, ut lucrum sibi & judicibus suis veneantur, quæ omnia competens est eos, qui nunc a nobis in præturam populi transeunt, odisse & aversari, & mundis uti manibus, & refecare omnia quæ præcepta sunt, sive de furto, sive de aliis delictis, & civitatem [32] nobis emundare ab his, quæ furta operantur, bestiis, & viris industriis uti ad hæc ministris, & pomio officio offerri competenter, quatenus timor eos habeat sui judicis, & omnia agant cum vehementia & bona voluntate, & [33] digne judicio de se, neque multi aliqui fures erunt, & furta celeriter inventur, & peccantes imminuentur, timentes dignitatem [34], quoniam nemo comparet pecuniis. Sed & crimina vel si vehementissima sint, cognoscent, & populares fedabunt turbas, ita glorioſæ hujus & regiæ Judici civitatis, sed nobis obsequentes, & omni digni eo honore, tanquam judices minores a judice majore evacuent ejus solicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum & imperialis telimonii dignum.

§. 1. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium [1], oportet, eos præsentes esse & ministrare: & maximum hoc opus habere: ne fures & subtrahentes infelicissimorum res, eripere & salvare quantum possunt res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc dignitatem facti fuerint industrii, major eos fides excipiet & honestior dignitas, & cognoscent quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, & per eas impie agere: & posteа agere propter quod nihil horum quæ ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere & statim deperdere. ut igitur nostros subjectos invitare quidem per hanc æstimavimus oportere occasionem, & solatium eis dare tantum, & homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subjecti. Habebunt autem spectabiles populorum prætores & consiliarium nostro super eo judicio, sicut diximus, dignum.

CAP. V.

ASsistent autem eis & viceni milites & triceni matricarii [2] (quos nunc constituimus) dispositionibus obsequentes eorum, & sicubi ΔΕΟΙ [3] eos, qui indecenter agunt detinentes & competenti ordini tradentes [discipliнam]. Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, & Dei auxilium habebunt, & nostra placatione non fraudabuntur, & longior eis dignitas erit. Quis enim bene & recte agentem amovere [4] velit?

CAP. VI.

SEd si transmittatur eis aliquis a judicio viri clarissimi præfecti hujus felicissimæ civitatis, quatenus suppliciis subjiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, & doceantur in quibus occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, scifcitantes & ab ipso glorioso præfecto, si & hoc præviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animæ aut membri alicujus auferendi a destinato. §. 1. Quemadmodum enim spectabiles prætores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes & codicillis [5] a nostra procedentibus manu & annonis & appellatione tanta & aliis quæ dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem & in omnibus vigilantiam, & cuncta agere æquali & justa conscientia & pura manu: Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus refectas modis, & dignos quidem morte suppliciis subdentes, mediocria vero agentes, expellentes a magna hac civitate ubi nos præceperimus: sciant quod ipsi pro his reddent rationem non Deo solum, sed & nobis, & rei fient, & omni damno quod subjectis contigerit, & nostræ indignationi, & velociter cum infamia a dignitate repelli nostra: propterea enim & laborem sustinemus & expenſis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subjectorum inferatur aliqua calumnia, aut pecuniarum aut animæ perditio, & quæ talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competenti.

EPILOGUS.

† Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc præceptionem divinam & legem cognoscentes, & quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his quæ in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. *Proponatur* Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. 10. Kal. Octobr. *Constantinop.* D. N. BELISARIO V. C. CONS. 535.

1 Nov. 19. & 89. *cap.* 8. 2 Id est, mota quæstio est. 3 Hinc sumpta est Authentica. Quod jus. *Cod. de naturalib. liberis.* 4 Concubinatu in matrimonium converso, liberi sui & legitimi fiebant. *l.* 5. *Cod. de naturalib. liber.* Dotalia instrumenta poſtea requisita sunt. *ut hic, & Novell.* 18. Dos, eſt concubinatus abolitio, & nuptiarum argumentum. Sufficit etiam quodcunque aliud argumentum nuptiarum, dummodo scritum. *Nov.* 117. *cap.* 2. 5 Incestuoſæ nuptiæ legibus odibiles.

6 Addunt Græci, *περὶ νυκτεπάρχων*, de officio prætoris populi, Julianus *const.* 23. præfecti vigilum, de quo vid. *l. ff.* 15. adde Cuj. 8. *obſ. ult.* *ὁ πρώτος τῦ δήμυ τῆ νυκτεπαρχῆ ἀρχόντων.* 6 *Harm. tit. de dignitatibus.* §. 3. ubi refert ad incendia arcenda primum inſtitutum: & de incendiariis, effractoribus, furibus & receptatoribus cognoſcere. adde autorem *Eclog.* 6. *tit.* 5. *περὶ νυκτεπάρχυ ἤτοι πράίτορος τῦ δήμυ.* Hic Gloſſis *νυκτοφύλαξ*, noctianus, nocte cuſtos, vigilis. & *νύκτος ἐφαγπάρχης.* 7 Magiſtratibus idoneæ appellationes tribuendæ. 8 Objecta præfecti vigilum. 9 *Δήμυ.* 10 Prætorium nomen, non longe a conſulatu. Prætores conſulum collegæ, non quod pares imperio (conſulum enim imperium majus eſt, *l.* 4. *ff. de recept.*) ſed quod iisdem auſpiciis crearentur, rogarentur. Cic. *ad Atticum.* & 13. Gell. 14. quod iidem quaſi collegæ, auſpicia turbarent, aut retinerent, quod ſe invicem collegas appellarent. Plinius *in Panegyr.* ob. Trajanus appellat Prætores collegas. adde *Novell.* 24. *cap.* 1. Liv. 7. *in pr.* Prætorem appellat collegam conſulibus. 11 Id eſt, quomodo proximum ſecundum leges obtineat. 12 *Μετὰ τὸν νόμον.* Jus civile ſubſequitur jus prætorium. *l.* 14. *in fin. ff. de teſtib.* Prætor enim lex loquens: lex vero mutus Prætor. 13 Plinius *in Panegyr.* Parum eſt, ut conſul in Curiam veniat, niſi & convocet: ut interſis Senatui, niſi & præſideas; ut cæteros audias, niſi & perroget. 14 Id eſt, prætores populi.

15 Præfectus vigilum Conſtantinopoli forum habuit, officiales, & commentarienſes. 16 *Συνδικαστὰς.* 17 Major cura eſſe debet in judiciis criminalibus, quam civilibus & pecuniariis. 18 Judicis publici objecta. 19 Vita ſemel amiſſa reſtitui non poteſt. 20 Prætores plebis citra codicillos imperiales non creantur. 21 Iis, qui nobis videntur apti, ſenſus eſt omnino permutatus. ſic itaque reſtitue: Nemini prætorum adminiſtrationem trademus, niſi qui eam ſuſcipiunt, de numero ſint magnificorum, illuſtrium & ſpectabilium comitum, aut ſublimiſſimi tribunalis clariſſimorum tribunorum prætoriorum & notariorum, aut qui aliquoin officiorum in provinciis adminiſtrationem habeant, & idonei noſtroque teſtimonio digni viſi ſint: quo magis prædicta gravitate & honore inſigniti, jus diligenter reddant, præſertim cum de vita certandum eſt. Conſueverunt enim, ut plurimum de perpetratis cædibus, de adulteriis, de aggreſſione, rapinis, & id genus aliis judicare. *Haloand.* 22 Id eſt, defendant. 23 Id eſt, in cauſis criminalibus. 24 Cauſæ capitales non ſunt committendæ, niſi idoneis judicibus. 25 Mores dignos prætore plebis obſerva. 26 *Κακοήθειαν.* Ea eſt deprecatio. 27 Profunderis. Vetat Imperator, ne, ut olim, largitiones fiant, aut unive alii erogetur. 28 Id eſt, Pari crimine tenetur, qui dat & qui accipit. 29 Delatores. Ii ſunt exploratores, qui magiſtratibus indicant fures: ab his delatoria curioſitas. *l. 6. in fin. ff. de jur. & fallo.* 30 *Βασκανιστάρμας.* 31 *Βαλαντιοτόμους.* Zonæ ſectores, *coupeurs de bourſe*: quales impendio multi hodie Curiam & Baſilicam Pariſienſem infeſtant, & ea quidem audacia, ut præfectum quendam ſibi eligant & habeant. 32 Sic reſtitue, & urbem velut beſtiis furta exercentibus purgarjam. 33 Id eſt, nam ſi digne ſe gerere voluerint, neque multi aliqui fures &c. 34 Id eſt, dignitatem timentes, quam nemo poſſit pecuniis corrumpere.

tis, sed nobis obsequentes, & omni digni eo honore, tanquam judices minores a judice majore evacuent ejus solicitudines, nihil eligentes agere, quod non est bonorum virorum & imperialis telimonii dignum.

§. 1. Si vero aliquando contigerit (hoc quod non optamus) fieri aliquod in hac civitate incendium [1], oportet, eos præsentes esse & ministrare: & maximum hoc opus habere: ne fures & subtrahentes infelicissimorum res, eripere & salvare quantum possunt res ab ignis violentia. Etenim si circa hanc dignitatem facti fuerint industrii, major eos fides excipiet & honestior dignitas, & cognoscent quantum est, quod cum honestate vivitur, quam hanc contemnere, uti autem multis manibus, & per eas impie agere: & postea agere propter quod nihil horum quæ ita congregantur, consuevit manere, sed male colligere & statim deperdere. ut igitur nostros subjectos invitare quidem per hanc æstimavimus oportere occasionem, & solatium eis dare tantum, & homines honoratos ad medium adducere, ut eorum virtutem sentiant subjecti. Habebunt autem spectabiles populorum prætores & consiliarium nostro super eo judicio, sicut diximus, dignum.

CAP. V.

ASsistent autem eis & viceni milites & triceni matricarii [2] (quos nunc constituimus) dispositionibus obsequentes eorum, & sicubi ΔΕΟΙ [3] eos, qui indecenter agunt detinentes & competenti ordini tradentes [discipliнam]. Oportet autem eos manifeste scire, quod si mundos semetipsos constituerint, & Dei auxilium habebunt, & nostra placatione non fraudabuntur, & longior eis dignitas erit. Quis enim bene & recte agentem amovere [4] velit?

CAP. VI.

SEd si transmittatur eis aliquis a judicio viri clarissimi præfecti hujus felicissimæ civitatis, quatenus suppliciis subjiciatur, scrupulose inquirant dignitatem, & doceantur in quibus occidunt hominem, aut auferunt membrum, aut tale aliquid, scifcitantes & ab ipso glorioso præfecto, si & hoc præviderit, ut cum subtilitate proferant sententiam aut animæ aut membri alicujus auferendi a destinato. §. 1. Quemadmodum enim spectabiles prætores populorum talibus honoravimus donationibus, dignos eos facientes & codicillis [5] a nostra procedentibus manu & annonis & appellatione tanta & aliis quæ dicta sunt, ita eos exigimus reddere nobis suam puritatem & in omnibus vigilantiam, & cuncta agere æquali & justa conscientia & pura manu: Si enim aliquid apparuerint delinquentes, aut furantes, aut furibus adquiescentes, aut non omnibus refectas modis, & dignos quidem morte suppliciis subdentes, mediocria vero agentes, expellentes a magna hac civitate ubi nos præceperimus: sciant quod ipsi pro his reddent rationem non Deo solum, sed & nobis, & rei fient, & omni damno quod subjectis contigerit, & nostræ indignationi, & velociter cum infamia a dignitate repelli nostra: propterea enim & laborem sustinemus & expenſis magnis adquiescimus, ut non alicui nostrorum subjectorum inferatur aliqua calumnia, aut pecuniarum aut animæ perditio, & quæ talia constituta sunt, sed omnia cum examinatione fiant competenti.

EPILOGUS.

† Hanc igitur omnes nostram voluntatem per hanc præceptionem divinam & legem cognoscentes, & quia quod expedit vobis nullatenus derelinquimus, pro nostro orate imperio, sic vos tuente, sic vos proprios existimante, in his quæ in unoquoque contigerint, ita paternam in omnibus vobis custodiente providentiam. *Proponatur* Constantinopolitanis civibus nostris. Dat. 10. Kal. Octobr. *Constantinop.* D. N. BELISARIO V. C. CONS. 535.

1 Prætores plebis incendiis arcendis deputati. 2 Matricarii siphonibus, hamis, dolabris incendium extinguebant, quasi materiarii, unde *ξυλαγγοι* a materia, aut potius materiatura, (hoc enim verbo utitur Vitruvius 4. *cap.* 2.) dicti materiarii. Nam materia, five materiatura, five materiaria, five materiatio, Festo id dicitur, unde fieri potest ædificium, proinde *ξυλαγγοι*, five materiarii fuerint, qui apud Gallos appellantur *Charpentiers & Chaufeurs.* Interim agnoſco hic & apud Julianum matricarios legi, non materiarios, ut a Cedreno. 3 Id eſt, & ſic ubi opus fuerit. 4 Stroe nui judices non ſunt ab officio removendi. 5 *Cap.* 3. *ſupr. hic.*

COLLATIO TERTIA.

TIT. I.
DE LENONIBUS [1].
NOVELLA CONSTIT. XIV.

Imp. Justinianus Augusſt. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

ETantiquis [2] legibus, & dudum imperantibus satis odibile [3] visum est esse lenonum nomen & causam, in tantum, ut etiam plurimæ contra [4] talia delinquentes scribserentur leges. Non autem & dudum posita contra eos, qui sic impie agunt, supplicia auximus: & si quid relictum est a nostris præcessoribus, etiam hoc per alias correximus leges: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotiis in hac maxima civitate commissis, causam non despeximus. Agnovimus enim quosdam vivere quidem illicite: ex causis autem crudelibus & odiosis occasionem sibimet nefandorum invenire lucrorum, & circumire provincias & loca plurima, & juvenculas miserandas decipere, promittentes [5] calcamenta & vestimenta quædam: & his venari eos, & deducere ad hanc felicissimam civitatem, & habere constitutas in suis habitationibus: & cibum eis miserandum dare, & vestem, & deinceps tradere ad luxuriam eas volentibus: & omnem quæstum miserabilem ex corpore earum accedentem ipsos accipere, & celebrare conscriptiones [6], quia usque ad tempus quod eis placuerit, observabunt impiam & scelestam hanc functionem implentes. Quasdam vero earum etiam fidejussores expetere: & in tantum procedere illicitam actionem: ut in omni pene hac regia civitate, & in transmarinis ejus locis, & (quod deterius est [7]) juxta sanctissima loca & venerabiles domos sint tales habitationes: & causæ ric impiæ & iniquæ sub nostris temporibus præsumantur: ita ut etiam quosdam miserantes earum & adducere a tali operatione crebro volentes & ad legitimum deducere matrimonium non sinerent. Alii quos autem sic scelestos existere, *ut puellas* [8] *nec decimum agentes annum ad periculosam deponerent corruptionem*: & quosdam aurum dantes non parvum, vix inde redemisse miseras, & nuptiis copulasse castis. Esse etiam decies mille modos, quos nullus prævaleret sermo comprehendere: cum ad infinitam crudelitatem deductum fit tale malum: ita ut primum quidem in ultimis partibus civitatis esset, nunc autem & ipsa, & quæ circa eam sunt, omnia plena talium sint malorum. Hoc igitur dudum quidem aliquis nobis secreve [9] denuntiavit: deinde etiam nuper magnificentissimi prætores a nobis talia inquirere [10] præcepti, hæc eadem ad nos retulerunt: moxque audivimus & judicavimus oportere Deo hujusmodi commendare causam, & velociter liberare tali scelere civitatem. §. 1. Sancimus igitur omnes quidem, secundum quod possunt, castitatem [11] agere [12]: *quæ etiam sola Deo cum fiducia potis est hominum animas præsentare.* quia vero plurima sunt humana: cum arte & dolo & necessitate quaslibet talium ad luxuriam deduci omnibus prohibemus modis, & nulli fiduciam esse pascere [13] meretricem, & in domo habere mulieres, aut publice prostituere ad luxuriam, & pro alio quodam negotio talia mercari: neque conscriptiones [14] super hoc percipere, neque fidejussiones exigere: nec tale aliquid agere, quod cogat miseras & invitas [15] suam castitatem confundere: neque sperare quia licebit de cætero eis vestium [16] donatione aut ornamentorum forsan aut alimenti decipere, ut etiam invitæ sustineant. Non enim permittimus quicquam fieri tale: sed etiam nunc omnia talia breviter competenti cura disponimus, statuentes etiam reddi [17] eis omnem quam contigerit cautionem occasione sceleris hujus exponi: & neque permittimus scelestos lenones si quid dederunt eis, hoc ab eis auferre: sed etiam ipsos lenones jubemus extra hanc fieri felicissimam civitatem, tanquam pestiferos [18], & communes castitatis vastatores factos, & liberas ancillasque requirentes & deducentes ad hujusmodi necessitatem, & decipientes, & habentes educatas ad universam confusionem. Præconizamus [19] itaque quia si quis de cætero præsumserit invitam puellam assumere, & habere ad necessitatem [20] nutritam, & fornicationis sibi deferentem quæstum: hunc necesse esse a spectabilibus prætoribus populi hujus felicissimæ civitatis comprehensum, omnia novissima [21] sustinere supplicia. Si enim pecuniariorum eos furtorum & latrociniorum emendatores elegimus: quomodo non multo magis castitatis furtum, & latrocinium eos coërcere permittimus? Si quis autem patiatur in [22] sua domo quendam lenonem & hujusmodi præpositum operationis habere, & hæc denuntiata cognoscens, non etiam domo sua expulerit: sciat se & decem librarum auri sustinere pœnam, & circa ipsam periclitaturum habitationem. Si quis autem conscriptionem de cætero in tabulis præsumpserit, aut fidejussorem acceperit: sciat nullam quidem se utilitatem hujusmodi fidejussionis aut conscriptionis habere. Etenim fidejussor quidem obligatus non erit, conscriptio vero omnino invalida manebit, & ipse (sicut prædiximus) in corpore fupplicium sustinebit: & a magna hac longissime civitate expelletur [23]. Mulieres itaque caste quidem vivere volumus & oramus [24]: non autem invitas ad luxuriosam vitam deduci; nec impie agere cogi, omnino enim lenocinium & fieri prohibemus, & factum [25] punimus, præcipue quidem in hac felicissima civitate, & in ejus circuitu: nihilominus autem & in locis foris positis omnibus, & quæ ab initio nostræ sunt reipublicæ: & quæ nunc a domino Deo donata sunt nobis: & maxime in illis: eo quod Dei dona, quæ circa nostram fecit rempublicam, volumus conservari pura ab omni tali necessitate, & domini Dei circa nos munera esse permanere digna. Credimus enim in domino Deo etiam ex hoc nostro circa castitatem studio magnum fieri nostræ reipublicæ incrementum: Deo nobis omnia prosperia per talia opera conferente.

1 Tollendis fœlicet. Julian. *conſti.* 31. huc refer 60. *Eclog.* 38. *περὶ πορνοβοσκῶν.* vid. Petr. Gregor. 36. *Syntag.* 31. Goth. Addе Rittershus. *in expoſit. Nov. part.* 12. *num.* 7. Anſ. 2 *l.* 2. §. 2. *ff. ad l. Jul. de adult.* 3 Vid. §. 1. *Inſt. tit.* 6. *in fin. C. de poſtliminio reverſis.* 4 Sunt enim infames. *l.* 4. §. 2. *ff. de his qui not. l.* 43. §. 7. *ff. de rito nupt.* Conſtantinus eiadem ſtupri plumbi mentus oris & faucium, ut nefariorum hortatoribus, claudi juſſit. *l.* 1. *C. Th. de raptu virg.* De pœna parentis aut domini, lenonis, filiæ vel ancillæ, vid. *l.* 12. *C. de epiſcopali audientia, l.* 6. *C. de ſpectaculis.* Maritus lenoneus uxoris ut punitur, vid. *l.* 2. §. 3. *ff. ad l. Jul. de adult.* utut ſcribit: Morte hac conſtitutione punitri jubentur lenones. vid. §. 1. *J. hic.* 5 Lenonum inſidiæ. 6 Instrumenta contra bonos mores apud lenonem interpoſita nullius ſunt momenti. 7 Lenonis gravitas præcipit ex vicinia venerabilium comunum. 8 Lenonum fœlius augetur, quo junior eſt quæ decipitur. 9 Intereſt principis, ſecretos habere fœlerum nuntiatores. 10 Principes prætoribus uſi in inquirendis fœleribus. 11 Caſtitas non tantum animorum, ſed & corporum, laudabilis. 12 Caſtitatis laus. 13 Lenones hinc *πορνοβοσκοὶ* dicti. 14 Id eſt, inſtrumenta, obligationes. 15 Præſtimantur facile invitæ peccare, cum ita a lenonibus detinentur, aliisne invita quidem Lucretia, opinione Herenni. ſtuprum paſſa eſt. 16 Veſtes, ornamenta, cupedie, meretricum decipulæ. 17 Cautio contra bonos mores actiori inutilis. 18 Lenonem exile, fœlus grave eſt. 19 Id eſt, jubemus. 20 Peccandi fit. 21 *Τὰς πασῶν ἐσχάτας ὑποφέρειν κολάσεις.* Scring. 1. ultimis ſupplicis. Sic *J. Nov.* 60. *cap.* 2. noviſſima ſententia dicitur, & quæ definitiva, & apud Virg. *lib.* 6. nova verba: & apud Virgil. *a. novand.* noviſſima verba, id eſt, ultima. Julian. ultimum ſupplicium eſſne mor-

tis naturalis? *l.* 21. *ff. de pœnis*: minime, nam J. dicuntur lenones puniri *εἰς τὸ σῶμα*, & in exilium mitti. 22 Lenonis domum ſuam locantis, aut in ea patientis lenocinium committi, poenam obſerva. Huc referendum eſt, quod legimus, puniri eum, qui domum ſuam ad ſtuprum faciendum cum muliere vel maſculo præbuit. *l.* 8. 9. *ff. ad l. Jul. de adulteriis.* vel ad paraſynaxes & conventicula, tam diurna, quam nocturna. *l.* 8. §. 3. *C. de hæreticis. Novell.* 132. Quid quod alex & alexterum ſuſeoptorem verberare impune licuit, eique damnum dare, & res auferre? vid. *l.* 1. *ff. de alearibus.* Huc refer ritulum *de receptatoribus.* Addе *Nov.* 45. *c. ult.* §. 2. *Nov.* 58. hinc etiam colligi poteſt. Meretricem domus conducticem vel ante tempus finitum locationis migrare cogi poſſe. Nam ſi lenonem qui ſciens non impune fuis in ædibus habitare paitur, *ut hic.* nec meretricem in eis habitare merito pati debebit, vid. Papon. 22. *Arreſt.* 9. *Arreſt.* 14. Peccat enim gravius, aut certe non minus hic quam leno. *l.* 43. §. 6. *ff. de rito nupt.* Quod ſi meretrix poteſt ante tempus locationis expelli, multo minus ad conductionem admittendus eſt. Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hoſpes. vid. Papon. *d. l. Arreſt.* 15. Hoc loquitcem redditerunt? quod fandiſſime ſuſtulit lex *uit. C. de ſpectaculis.* 23 Lenones morte naturali non fuiſſe affectos, hic locus oſtendit. Aliud enim eſt puniri in corpore, & more civitate expelli: aliud ipſa re ſeparationem corporis ab anima perferre vel pati. 24 Id eſt, imperamus. Principis enim preces erga libidinis juſſa ſunt atque imperia. 25 Ecita lex in leno nes lata, perfecta eſt, non tantum enim veras lenones eſſe, ſed etiam punit. vid. quæ notavi ad *l.* 5. *C. de legibus.*

EPILOGUS.

† Quatenus ergo vos primi noſtri cives caſta hac noſtra fruamini diſpoſitione: propterea hac ſacra prædicatione utimur, ut ſciatis noſtrum circa vos ſtudium, circa caſtitatem atque pietatem labores noſtros, per quos in omnibus bonis cuſtodiri noſtram rempublicam ſperamus.

Scriptum exemplar gloriosissimo magistro mutatis ad hunc modum verbis.

UT ergo omnibus hæc manifeſta fiant in noſtra habitantibus republica, tua ſublimitas hanc noſtram ſuſcipiens ſacram legem, in omni ditione præceptis propriis eam univerſis inſinuet: ut non ſolum in hac feliciſſima civitate, ſed [1] etiam in provinciarum cuſtodiatur locis: domino omnium Deo pro alio quodam odore ſuavitatis oblata. [Data Conſtantinopolitanis civibus noſtris.] Dat. Kal. Decembr. *Constantinop.* BELISARIO V. C. CONS. 535.

TIT. II.

DE [2] DEFENSORIBUS CIVITATUM [3].

NOVELLA CONSTIT. XV.

Imperator Justinianus Aug. Joanni gloriosiss. præfecto prætorio vum, iterum exconsuli & patricio.

PRÆFATIO.

NIſi velociter revocemus curam defenſorum per competens officium: nec *ipſum* ulterius antiquorum [4] nominum *habebimus* veritatem: aliis ſi quidem alia data funt ab antiquitate nomina ſignificativa a parte rerum: hoc autem defenſorum nomen pure demonſtrat antiquitatem, aliquos præpoſuiſſe rebus, quatenus ex omni eas injuſtitia vindicarent, liberas. Si quidem & propter *hoc paterna* voce defenſores eos vocamus, quatenus eripiant a malis injuſtitiam patientes. Nunc autem hoc defenſorum nomen valde conculcatum eſt in multis noſtræ reipublicæ partibus: & ita contemptum, ut in injuria quidem potius quam in qualibet jaceat honeſtate: ſiquidem ſiunt viri quidem obſcuri [5], decreta [6] vero ſuper eis [7] *miſericordia* magis quam electione conficiuntur, quibus enim non eſt victus & vita ſufficiens, iſti defenſorum *emendicantes* [8] ordinationem, ad hanc accedunt curam: & pro alio quodam luſu, judicum [9] ſubjacent voluntatibus. Denique [10] removent eos [11] quando voluerint, aut nihil aut parviſſimum delinquentes: & alios in illorum provehunt officium, quaſi loci ſervatores eos [12] defenſorum facientes: & hoc in anno frequenter in pluribus hominibus agentes, ut & officiales, & civitatum judices, & harum habitatores, in noviſſimo [13] contemptu defenſores habeant. Quæ vero aguntur ab eis, ad inſtar non actorum [14] ſunt, ſi enim imperaverint provinciarum judices, nequaquam præſumunt quædam geſta monumentorum conficere apud ſemetipſos per omnia ſervientes eis defenſores, (&) illorum nutibus intendentes ſolis. Si vero quædam conficiantur, primum quidem etiam hæc venundant: deinde cum nullum habeant archivum [15], in quo geſta apud ſe reponant, deperit quod conficitur, & nequaquam invenies apud eos plurium temporum poni monumentum ullum penitus: ſed ad heredes eorum, aut alias ſucceſſiones his monumentis egentes, geſta quærunt: & horum quæ quidem inveniuntur, nulla fide ſunt digna: alia vero etiam percunt, & in tantum cadunt, ut in ſimilitudine non actorum ſint. Nos igitur quoniam de judicibus [16] bene diſpoſuimus [17], & majores poteſtates eorum in gentibus fecimus, & procul ab eis eſt inſpectio civitatum: propterea credimus oportere etiam de defenſoribus conſtituere. ſit enim ſic congruentia utilis, ſi judicum ſumant officium, civitatum defenſores: & provinciæ præſes videbitur quidem judex judicum potius eſſe, & ex hoc honeſtior præcedentium apparere: quanto [18] enim quilibet præeſt melioribus [19], tanto major ipſe & honeſtior eſt.

CAP. I.

Ut nulli incolarum liceat defensoris officium respuere.

INterim illud ſciendum eſt prius, ut nulli hominum ſit licentia defenſoris ordinationem declinare [20], ſed invicem univerſi nobiliores [21] civitatum habitatores hoc miniſterium eis adimpleant: hoc enim, & in prioribus [22] temporibus valuiſſe, & in republica geſtum didicimus. Nulli, nec ſi honoratus ſit *magnificentissimorum Illustrium* dignitate, hoc declinare concedimus, nec ſi militiam habeat honeſtam: neque ſi proferat privilegium ſuum ex divinis formis, vel ſi pragmatici [23] ſint collati: ſed ſecundum civitatum [24] habitatoribus civitatis, quorum aliqua ratio [25] eſt hoc implentibus, & dum circulus expletur, rurſus revertentibus ad follicitudinem, & civitati prædictam curam miniſtrantibus: ut in unaquaque civitate defenſor judex [26] potius quam defenſor eſſe videatur: decreto [27] quidem cum jurejurando factus omnium poſſeſſorum in illa civitate conſiſtentium, ſed non [28] in hac urbe degentium. §. 1. Juſjurandum vero præbens, *quod omnia secundum* [29] *legem ac jus agat, & omnium communiter*, confirmandus autem ſicut nunc ex præcepto glorioſiſſimorum noſtrorum præfectorum: in biennio [30] vero adminiſtrans ſolo, & removendus a cura: non habente licentiam clariſſimo provinciæ judice [31] removendi eum: ſed ſi quid videatur agere non recte, nunciare [32] ad glorioſiſſimos præfectos, ut [33] inde ei fiat curæ privatio, unde etiam datur.

CAP. II.

NUlla exiſtente licentia Adminiſtratori [34], aut ipſis Defenſoribus, Vices agentes Defenſorum [35] facere, ſed etiam hoc omnibus eis interdicimus modis. Sed neque proprias vices [36] agentes per civitatis clariſſimos judices deſtinare, niſi ipſos defenſores, quos judicium [37] officium complere in civitatibus volumus: ipſos quoque in omnibus diligentiam adhibere civitatibus in quibus ſunt.

CAP. III.

Ut omnia monumenta [38] *apud defensores insinuentur.*

ET agi apud defenſores, teſtamentorum [39] inſinuationes, & donationum, & quicquid aliud eſt monumentorum proprium: non valente clariſſimo provinciæ judice prohibere quod agendum eſt, aut præcipere, quia non velit aliquid agi, aut actum non edi: non enim hujusmodi alicujus ei omnino poteſtatem damus, abſurdiſſimum exiſtimantes, neceſſariis rebus cedere homines propter judicum forte irrationabiles motus atque præceptiones, ſed etiam agere quæcunque voluerit & edere: & licet quod agitur, tangat provinciæ præſidem, aut quemlibet potentium, neque hoc prohibere. Oportet etenim ſic agere eos qui in adminiſtrationibus ſunt, aut in qualibet poteſtate, non ut prohibeant quædam fieri contra ſe [40] geſta, ſed ita inculpabilem ſuum præbeant moduin, ut nulli detur tempus querimoniarum adverſus eos: & ſive affuerit civitatibus judex [41], ſive non, nequaquam prohibeatur quispiam agere apud defenſores quædam monumenta in quibuscumque voluerit, præter illa ſola quæ jurisdictione [42] egent, & ex ipſa judicum [43] auctoritate pendent. §. 1. Deinde *& his qui publicas actiones* [44] *habent, civitatum defensores omnibus auxiliari modis, & ſi opus fuerit occaſione contemptus contumaciæ tributariorum, monumenta conficere: & hæc fieri velociter jubemus, & intereſſe*, ut inordinate agentes videant, & his ipſis teſtimonium perhibere, vel publicum removere tumultum [45], & abſolute judicum [46] obtinere ordinem & maxime quando abſunt: & officiales provinciæ quicunque in civitate funt illa in qua defenſor eſt, obedire illi, & adjuvare, ut abſentibus præſidibus gentium, nihil videatur deeſſe civitatibus ſub illorum præſentia. † Ex provinciali autem officio habere & *Exceptorem* [47] eis adminiſtrantem, & duos officiales, qui ea quæ ab eis decernuntur, adimpleant.

§. 2. *Et judicare in cauſis omnibus pecuniariis usque ad aureos trecentos* [48]: non valentibus noſtris ſubjectis trahere ſibimet obligatos ad clariſſimos provinciarum judices, ſi usque ad prædictam trecentorum ſolidorum quantitatem lis conſiſtat.

CAP. IV.

SEd neque pro hoc ipſo actores amplius [49] æſtimare litem, ut contenant reos, & non civitatis Defenſori, ſed provinciæ deferant judici. Sed ſi quid tale egerint, & ſententia manifeſtet minorem eſſe litem trecentorum aureorum, & ſtudio auctam, ut apud provincialem judicem, & non civitatis defenſorem examinaretur: ſolum actorem omni litis ſubdi diſpendio.

CAP. V.

ET a *Defensoribus appellationes ad* [50] *ipsos fieri Judices.* Si vero egerint aliquid injuriosum circa defenſores officiales: tunc provinciarum præſides ulciſci & caſtigare officiales [poſſint]. † Licentiam enim damus Defenſoribus ſi hoc neglexerint præſides gentium, ſedis tuæ eminentiæ huc nunciare, ut inde detur auxilium eis, & vindicta competens: & re vera Defenſores eos eſſe contra delinquentes, habentes judiciariæ [51] claritatis & honeſtatis imitationem. §. 1. Et ſi cadere [52] contigerit civitatis Defenſorem: mox ad [53] alium deferri decretum, qui ex circulo [54] vocatur, cum dudum dicto jurejurando, & ſuſcipere quidem mox curam; decretum vero nunciari & confirmari a tuo [55] culmine: & nequaquam defenſoribus vices agentes (ſicut prædiximus) dari: ne rurſus priori confuſioni demus quaſi rationabilem occaſionem. §. 2. Præcepta vero faciat tua eminentia per unamquamque provinciam, ut in civitatibus habitatio [56] quædam publica diſtribuatur, in qua conveniens eſt Defenſores monumenta [57] recondere, eligendo quendam in provincia qui horum habeat cuſtodiam: quatenus incorrupta maneant hæc, & velociter inveniantur a requirentibus: & ſit apud eos *actuarium* [58], & quod hactenus prætermiſſum eſt in civitatibus emendetur.

1 Quid ſi princeps incuria quadam legem in urbe tulerit generaliter, nulla ſubditorum omnium mentione facta? Num hujusmodi lex ad extraurbanos ſeu provinciales extenderur? Hinc prope negaveris. Provincialium enim hic meminit, quos neceſſe non erat nominatim edere, ſi lex in urbe perlata, tacite ad provinciales extenderetur. Verſimilius eſt tamen, legem generaliter in urbe latam ad provinciales quoque porrigi.

2 Vide quædam ad hanc Novellam apud Socinum, *regula* 333. & 335. 3 Περὶ τῶν ἐκδίκων. vid. 1. *C.* 55. ſeu plebis. *l.* 1. *C. de off. jurid. Alex. l.* 4. 5. *C. de defensor. civit.* His ſimiles tribuni plebis urbis Romanæ. Porro hæc conſtitutio apud Julianum eſt 30. 4 Vana ſunt nomina dignitatum ſine effectu. 5 Magiſtratus videlicet, quoties obſcuris hominibus conferuntur, & ita paribus omnibus nobiliores genere aut virtute præferendi ſunt aliis, quantumvis ditioribus. 6 Senſus eſt electionem committendatione dignam eſſe, quoties viles negletiis probioribus eliguntur. 7 Eligentis ſelicet. 8 Id eſt, ambientes. 9 Ἀρχόντων præſidum. 10 Præſides ſcil. 11 Utpote viles. 12 Et quaſi vicarios defenſorum. 13 Id eſt, extremo. 14 Id eſt, geſtorum. 15 Olim nullum erat archivum defenſorum. 16 Περὶ ἀρχόντων id eſt, de præſidibus. 17 *Nov.* 8. 3. *hic.* 18 Nota ſententiam. Sic Ariſt. 1. *Politic.* 5. vel 8. ᾧ αἱ βελτίων ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν βελτίονων ἄνδρῶν ἐστὶν, ἡ ἀρχὴ, τὸ γὰρ ἀποτελεσμένον ὑπὸ τῶν βελτίονων βέλτιον ἔργον, id eſt, ſemper id melius imperium eſt, quod obtinetur in res imperio ſubjectas præſtantiores ac melliores: verſi gratia, melius eſt imperium in hominem, quam, πανικὴν ποιότητα. Scrimg. quo jus hic quidque opus ex melioribus abſolvitur, eo eſt melius. Hæc magnus ille Philoſophus, ex cujus ſententia diſcimus: Hominis in hominem imperium non modo naturale, ſed & omnium perfectiſſimum & maximum eſſe. 19 Κρειττόνων præſtantioribus. 20 Defenſoris munus nemo poteſt declinare. 21 Nobiliores ad defenſoris officium promovendi. 22 Priſca tempora imitanda. 23 Libelli ſcilicet, id eſt, pragmatice formæ. 24 Κατὰ κύκλον, per ordinem, Jul. id eſt, ſuo ordine per vices, Hal. *κυκλοῦσθαι, chacun à ſon tour*: nimirum ne quis iterum defenſor eſſe cogatur, donec alii defenſores non fuerint. Magiſtratus qui hoc modo creabantur, πολιτικὴ πολιτεία. Demoſthenes vocat, quos Circulares poſſis appellare: ut ne quis cum Accurſio putet, paternos magiſtratus in circulum conſtos: vel cum Tiraquello 1. *de jure primogeniture* 19. hic de illo circulo agi, cujus meminit Cajus 1. *Inſtit.* 2. & quem Auſonius orbem teretem appellat, cujus Feſtus in *cap. cum delictis. 2. de reſcript.* & Cardinalis Alexand. meminit in *c. Nicæna. de appellationibus.* quod in hujusmodi circulo plurium nomina ſic in orbem ſcribentur, ut dignoſci non poſſet, quis prior aut poſterior fuiſſet nominatus, adde Ferandum 2. *Expliciationum.* 25 Λόγος, id eſt, æſtimatio, honor, opinio, reputatio. 26 Ἀρχοῦσι id eſt, præſidem. 27 Ψῆφος, ſuffragio, electione. 28 Extraneis, jus ſuffragii non competit. 29 *Tit. Inſt. de off. jud.* 30 Olim erat annuus magiſtratus. 31 Præſide. 32 Nota gradus, Defenſor civitatis, Præſes provinciæ, Præfectus prætorio. 33 Præfectus prætorio defenſorem confirmat, creat, & deponit. 34 Τῷ τὸν ἀρχεῖον ἔχοντι, id eſt, præſidi. Julian. 35 Senſus eſt, Defenſor vicarium ſibi non poteſt ſubſtituere. 36 Præſes, vices ſuas agentis vicarii, mittendi jus non habet. 37 Ἀρχόντων præſidum, Julian. 38 Teſtamenta & donationes & alia monumenta publica, Julian. *Patricius cap.* 110. 39 Nota, quæ agerentur apud defenſorem civitatis. 40 Vel, adverſus homines eius. 41 Præſes. 42 Quidam hinc colligunt, Defenſores non habere jurisdictionem: quod Cujacio diſplicet. Idem tamen negat, eos emancipare aut manumittere quemquam poſſe, *arg. l. jure. & ult. Cod. de emancip. lib. l. ult. C. de vind. libert.* 43 Præſidum. 44 Defenſor acta facit adverſus tributa differentes, ad ſimilitudinem præſidis, Julian. 45 Adverſus tumultuoſos conficiuntur a defenſore. 46 Præſidum. 47 Ταξιγράφον. 48 Olim habuerunt ad 50. usque. *l.* 1. *C. h. t.* 49 Plus petitione actoris, non poteſt evitari ordinaria vel defenſoris jurisdictio, & alioqui Julianus *cap.* 12. refert hunc locum ad plus petitionis. 50 A defenſoribus ad præſides appellatur. 51 Ἀρχικὸς σεμνότης μεμμα, prædialis gravitatis imitationem atque figuram. Hal. 52 Διαπεσεῖν, intercidere, mori. 53 Id eſt, mox alius defuncti loco ſubrogatus. 54 *Cap.* 1. *ſuſpr.* 55 Id eſt, præfecti prætorio. *d. c.* 1. §. 56 Οἰκημα τὸ δημόσιον, ſcrinium publicum, ubi monumenta publica deponere poſſit. Julian. 57 Ταμιακεῖα. 58 Ἀρχεῖον, idem quod ſcrinium.

CAP.

CAP. VI.

QUia vero etiam Defenſores civitatum extra [1] omne commodum ſiunt: & pro decretis eorum, ſi quidem civitates majores [2] ſunt, quatuor ſolummodo dabuntur aurei foro tuæ ſublimitatis: ſi vero minores, tres: ſicut jam dudum noſtris conſtitutum eſt legibus: ſi vero quædam ſalaria [3] habent publice, etiam hæc ſecundum conſuetudinem percipient. §. 1. Audient quoque leviora crimina, & caſtigationi competenti contradent: & eos qui in majoribus [4] criminibus capiuntur, detrudent [5] in carcerem, & mittent [6] ad provinciæ Præſidem, ſic enim fruetur civitas unaquæque cura judiciali: & omnis gens ſub majori conſtituta judice majorem ſentiet providentiam: & reſcindentur plurimæ judicum [7] curæ, cum civitatum Defenſores in ſemetipſis eas imponunt, & levigant [8] præſidum quas pro [9] omnibus hominibus habent ſolicitudines, ipſi particulariter removentes ea quæ vim patientibus inferuntur, aut dubitationes ſolventes, & honeſtos (ſicut ſæpe dictum eſt) eos qui in adminiſtrationibus ſunt, demonſtrantes. † Si vero etiam detineantur ab aliquibus publicæ functiones [10]: gentium Præſides Defenſoribus imperabunt contra detentores exactiones: ut & ſecundum hoc eos adjuvent. † Si qua verò Defenſoris præter hæc fiat ordinatio, aut tenuerit aliquis Defenſoris officium in ſemetipſum veniens, ſive dignitatis, ſive militiæ, ſive privilegii, ſive alterius cujuspiam occaſione: iſte quinque librarum auri ſubjectus pœnæ, etiam ſic poſt ejus exactionem ad [11] opera civitatis proficientem cogatur defenſoris implere ſolicitudinem. Convenit enim unumquemque nobilium [12] ſemper functionem agere civitatum quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis repenſationem.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram inſinuata ſunt legem, tua ſublimitas in provinciis quibus præeſt, facere manifeſta per programmata propria ſtudeat: quatenus cognoſcant omnes, quia & *maximorum & mediocrium & parvulorum nobis cura eſt, & nihil eſt tale quod a noſtra ſolicitudine removeamus.* Partem vero faciat tua eminentia ſuorum præceptorum: ut ex hoc jam gentium præſides præparent ſecundum unamquamque civitatem eos qui bonæ opinionis ſunt nominari Defenſores ſecundum [13] circulum (ſicut jam dictum) & decreta fieri communia cum jurejurando in eis habito, & deſcribere prædictum circulum: & ita per biennium ſubintrare curam eos qui ſubſequuntur: & ſi ceciderit [14] quispiam ex eis, alium introduci: ſemper quidem decreto cum jurejurando [15] faciendo: eloque dum futurus fuerit curam ſuſcipere, definitum jusjurandum ſubeunte, & electione [16] ejus facienda a Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & aliis in civitate bonæ opinioni ſtudentibus: quod etiam nunc mox fieri convenit, omnibus (ſicut dictum eſt) ſecundum hanc noſtram generalem procedentibus legem. † Nunc autem Defenſores exiſtentes, ſiquidem placiti videantur, etiam ipſos inſcribi circulo, & biennio complere curam, & ſiquidem jam biennium in ea cura habent, removeri Defenſoris ſolicitudine: niſi [17] tamen voluerint communi decreto teneri eos biennio in eodem officio. Si vero nondum biennium impleverint, digni vero videantur communicare circulo, impleant reliquum tempus, ultra quod nullus civitatem defendat: ſed usque ad hoc ſolum ſtet tempus: niſi cuncta civitas reluctante nullo elegerit eum: & hoc facto, alio biennio ſuſcipiat ſolicitudinem, & modis omnibus deponatur: & tunc rurſus fiat, quando ipſe eum circulus ad hunc adduxerit ordinem: ne frequentia & continuatione curæ, & per quandam machinationem illud ſemper renovando fiat aliquibus infinita [18] prædicta gubernatio. † His omnibus valituris in omne tempus: quoniam cum toto hoc ſtudio & vigilantia & Domini Dei intuitu adinvenimus, & noſtris ſubjectis contulimus. Dat. 16. [19] Kalend. Auguſt. *Conſtantinop.* BELISARIO Viro Clariſſimo Conſule [20].

TIT. III.

DE MENSURA [21] ORDINANDORUM CLERICORUM.

NOVELLA CONSTIT. XVI.

Idem Imp. Anthemio ſanctiſſ. & beatiſſ. archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & univerſali patriarchæ.

PRÆFATIO.

LEgem nuper [22] ſcripſimus *de menſura ordinationum*, & ut non *competeret effuſas eas eſſe, neque in ſanctiſſima majore* [23] *eccleſia hujus feliciſſimæ civitatis* [24] *neque in aliis*: quam etiam firmam eſſe, & valere ſecundum omnem ſuam volumus virtutem. † Quia vero intentio nobis eſt abbreviare quidem ordinationes, huic autem ſanctiſſimæ majori eccleſiæ excellentem expenſam ad mediocrem quandam atque portabilem [25] reducere quantitatem, quatenus multitudo ei expenſarum minuatur: propter hoc omnem circumeuntes viam, ad præſentem venimus legem: nihil quidem aliud exiſtentem a priore, ſed ex ejus procedentem voluntate [26], adhuc autem amplius ſanctiſſimæ majori eccleſiæ prodeſſe valentem.

CAP. I.

SAncimus enim, ſi in quibusdam ſanctiſſimarum eccleſiarum (quarum ipſa ſanctiſſima major eccleſia gubernationem & expenſas ſuſcepit

1 Ἀμισθοῦ ſine ditione pecuniæ, Jul. gratis. *Nov.* 8. *c.* 1. 2 De majoribus & minoribus civitatibus alias dixi. 3 Σιτηρέσιοι publicas annonas. Jul. 4 Vid. *l.* 7. *C. h. t.* 5 Et ita habent jus eis prehendendi, quod eis negabatur, *l.* 2. *C. To. de exhibi. reis.* 6 Julianus jus eis tribuit caſtigationis. 7 Præſidum. 8 Relevent. Hal. 9 Λαῶν πεμμασι, Scrimg. Hal. populorum curas, quo ex loco Bartolus perperam colligit, populorum hic conſtitui, qui non ſit nobilis. 10 *C.* 3. §. 1. *h. t. l.* 1. 11 Multa reis indici poteſt a judicibus ad opera publica civitarum profutura. 12 *Cap.* 1. §. *h. t. τιμωτέον.* Scrimg. quos hic vetus interpres vertit nobiles, poſſis commodius graviores & digniores viros appellare. 13 *Cap.* 1. §. *h. t.* 14 *Cap.* 5. §. 1. §. 2. *d. c.* 1. §. 1. *d. c.* 5. §. 1. §. *h. t.* 15 Defenſor eligitur a clero, & honeſtioribus civitatis, *ut hic.* confirmatur a Præfecto prætorio, *c.* 1. *in fin.* §. *h. t.* 17 Munus defenſoris prorogari poteſt. 18 Perpetui magiſtratus non fuerunt apud Romanos. 19 Ib. Iduſ. Auguſti, quidam ita legunt. 20 Id eſt, anno 535. 21 *Novell.* 3. *c.* 1. *Novell.* 6. *c.* 8. 22 *Novell.* 3. *c.* 1. *Novell.* 6. *c.* 8. Novella 3. & ſexta cavetur, ut numerus clericorum certus ſit in majore Eccleſia urbis Conſtantinopoli. tanæ. Hæc autem conſtitutio jubet, ut ex aliis Eccleſiis ſuperfui clerici, id eſt, hi, qui ſupra ſtatutum numerum ſunt, in locum mortuorum clericorum majoris Eccleſiæ transferantur. 23 Sanctæ Sophiæ ſcil. 24 Conſtantinopolis. 25 Φορητόν, id eſt, tolerabilem. 26 Voluntas legis ſpectanda. 27 Κατὰ καλλιμένον ταῦτον. 28 Εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκοντες, id eſt, ſibi ipſe reſtituatur. 29 Id eſt, an. 30 Qui deeſſe, vel diminutus eſſe dicitur. 31 Emiſſis ex ſuo corpore ſupernumerarii. 32 Sumptibus. 33 Infinitis ſemper eadem pene manſerit. 34 Expenſæ illegitimæ adminiſtratori non reputantur. 35 Id eſt, anno 536. 36 Additur in editione Hal. *τὸ σύμπαν τῆ ἁγιωτάτῃ τοῦ Χριστοῦ* &c. ut in *l.* 1. *C. de off. præf. prat. Afric.* 37 Principis. Scrimg. principib. & præſidibus. Index Regiæ biblioth. *παρεγγέλματα τῶν ἀρχόντων, edicta Italiandri.* præcepta præſidum, alias de officio rectoris provinciæ, *conf.* 21. 38 Deeſt in Græcis editionibus. 39 Horum mandatorum fit mentio in *lege* 6. *in fin. ff. de off. proconſul. l.* 3. *in fin. ff. de off. præfid. l.* 4. *Cod. de inoff. & inut. nupt.* adde *l.* 1. *C. de mandatis princip. l.* 2. *C. de off. vic. qui vice.* Præſcribunt autem hæc mandata Præfidibus modum adminiſtrandi. Cæterum hæc Novella eſt 21. apud Julianum ita conſcripta: *De officiis rectoris provinciæ.* ad quem modum conceptus eſt titulus Codicis: cui reſpondet Pandectarum titulus *de off. Præfid.* 40 Id eſt, *Nov.* 8. *c.* 9. Goth. Vid. ad hanc Nov. Rittershuſ. *part.* 2. *c.* 1. *n.* 17. 18. *& Novell.* 95. 128. 130. 133. Eundem Rittershuſ. *part.* 12. *c.* 13. *& part.* 15. *exap. unic. Anſ.* 42 *Novell.* 8. *cap.* 1. 43 *Nov.* 8. *cap.* 8. 44 Objecta juris publici & privati.

CAP.